

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Americae tertia pars, Memorabilem provinciae Brasiliae  
historiam continens**

**Staden, Hans  
Léry, Jean de**

**Francofurti ad Moenum, 1592**

C. C. A. Benivolo Lectori

**urn:nbn:de:bsz:31-88707**



C. C. A. BENIVOLO  
LECTORI.

**G**UM THEODORVS de BRAY, cuius nomen tibi proculdubio notum ex Virginiana & Floridensis Historiarum, quas elegantissimis figuris ornauit, euulgatione, Brasilianam etiam Historiam a Stadio quidem & Lorio conscriptam, ab ipso vero similibus picturis illustratam, in publicum emittere vellet: non ingratum tibi futurum existimauit, si adeius Historiae calcem, duarum Epistolarum, a Nicolao Barré (cuius Floridensis historia meminit) Gallico sermone scriptarum, exempla (quia eiusdem argumenti, & de Villagagnonis in eandem Provinciam nauigatione breuiter agunt.) adiungerem. Eas autem Anno M D LVII. hoc est, sequente illum quo scriptae fuerunt, eodemque sermone editas aude legi, pro innato mihi ad res peregrinas percipiendas desiderio, & haec tenus diligenter apud me seruauit: nunc vero Latinas facere volui, ut qui Gallicum idioma non callent, ipsarum etiam lectione frui possint. Boni igitur consule tenuem hunc meum laborem in tuam gratiam suscepimus, & viue.

PRIORIS

